



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 83. Sessio I. Florentinæ Synodi post discessum Græcorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A. C. 1439.

Patric. art.
97. tom. 13.
Conc. p. 1574

cessum Græcorum continuata est, pete-
pisset, quanta contra ipsum attentat
Basileenses, atque ipsum etiam edicto
juriis, calumniis ac conviciis scate-
a summo Pontificatu deponere non
horruissent, hinc in generali Sessione, que
in Actis Patritianis sexta dicitur, die
quarta Septembris Florentiæ habita
stitutionem innovavit, quam contra præ-
fatum Basileense Concilium, quod non
nisi simplicem conventum nominat, per
olim Ferrariæ condiderat. Novo autem
suo Decreto octo illas propositiones,
quas Basileenses Patres tanquam
veritates venditabant, condemnabat, et
eorumque cœtum appellabat *Basileense*
retrocinium, ad quod totius orbis damna
confluxisse videntur, ad complendam
iniquitatem usque ad abominationem
lationis in Dei Ecclesia omnibus
studiosa.

§. LXXXIII.

*Sessio I. Synodi Florentinæ post
discessum Græcorum.*

In præfata Constitutione Eugenius
omnes & singulos, qui sub prætenso Con-
cilio nomine, post revocatam Synodum
Basileæ commorarentur, aut eorum con-
venticulis assisterent, *etiamsi Cardinalatus
Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali
Abbatibus*

Abbatiali aut alia quavis dignitate præful-
 geant, excommunicationis, privationis di-
 gnitatum, beneficiorum & officiorum, ac
 inhabilitationis ad futura pœnas incidisse
 declarat, qui cum Core, Dathan, & A-
 biron tanquam schismatici & seditiosi meri-
 tam accipiant portionem, condignis omnino
 pœnis puniendi. Omnium Basileensium
 acta atque decreta, gesta & attentata spe-
 cialiter in duabus prætensis Sessionibus, seu
 verius conspirationibus tanquam ab impiis
 hominibus, & nullam potestatem habentibus
 facta annullat, cassat, & irritat. Tandem
 decernit omnes & singulos prædictos cum o-
 mnibus suis fautoribus, & defensoribus
 fuisse, & esse Schismaticos, atque hæreti-
 cos, quorum impietas nulla usquam con-
 digna pœna coerceri valeret.

§. LXXXIV.

Sessio XXXVI. Basileensis Concilii.

Necdum Basileenses hoc Eugenii Pon-
 tificis decretum adversus se condi-
 tum perceperant, dum die decimo septi-
 mo Septembris trigesimam sextam cele-
 brarunt Sessionem, in qua nil aliud a-
 ctum legimus, præterquam decretum
 ab eis de Immaculata Beatæ Virginis
 conceptione conditum.

§. LXXXV.

Histor. Eccles. Tom. XXVII.

L1